



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Vulpiano & Aedetio Martyribus. Cap. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

(verè dixerim) qui Cæsaream incolunt, eiusdem testes habere videamus. Nulla enim ætas Cæsariensium ab isto admirabili spectaculo absuit. Simil atque igitur sanctissimum illum & beatissimum Christi martyrem mediomari, ut illis videbatur, in profundissimos vortices conicerant, ex improviso tanta procella, non visitata illa quidem, tanta etiam turbatio, non per mare solum, sed per vniuersam continentem se diffundebat, ut cum terra, cum tota ciuitas, eius impetu & violentia concutetur: atque una cum illo mirando & repentino terræ motu, ipsum mare martyris cadaver, ut pote tam sacrum pondus sustinere non valens, ante portas ciuitatis eiiceret. Eiusmodi igitur sunt res gestæ sancti Apphiani, qui die Parasceues, hoc est secundo die mensis Xanthici, id est, ad quartum Non. Aprilis, martyrio occubuit.

De Vlpiano & Aedetio Martyribus.

CAP. XV.

Eodem tempore, iisdemque ferè diebus, in ciuitate Tyriorum adolescens nomine Vlpianus, post acerbissimas plagas, & verbera grauissima, in pellem bubulam iam nuper extractam cum cane, & aspide inuolutus, præcepis in mare deiicitur. Quapropter videtur mihi merito post res Apphiani in martyrio gestas, in sermone nostro recensendus. Non longo tempore post Aedesius non solum Apphani secundum Deū, sed etiam secundum sanguinis coniunctionem ex patre germanus frater, germana ferè & similia cum illo tormenta persperfus, post infinitas fidei confessiones, post diuturnas vinculorum afflictiones, post latam à præside sententiam, qua ad metalla in Palæstina erat damnatus, post vitæ rationem quam pallio vestitus, more Philosophi (etenim plus politioris eruditio, plusque cognitionis in Philosophia fuerat quam frater adeptus) sanctissime traduxerat, tandem cum iudicem in vrbe Alexandria sententiam de Christianis pronuntiantem videret, & plus æquo in eos furentem (quippe viros interdum graues & modestos variis ignominiae notis affecit, interdum & mulieres

mulleres summæ continentiae, & virgines quæ sua sponte
dei cultui se consecrauerant, ad turpem ipsarum contu-
meliam lenonibus tradidit) idem cum fratre aggressus
est: & quoniam illa facinora intoleranda ei videbantur,
fideti & erecta animi magnitudine accedens ad iudicem,
turpitudinis & ignominiae, quam cum verbis, tum rebus
ipsis præstigiasset, eum coram coarguit: unde variis tor-
mentorum cruciatibus diuexatus, (quæ quidem constan-
ter & sedate admodum pertulit) ad extremum fuit in ma-
re proiectus, & eundem cum fratre exitum consecutus.
Sed de Aedesio haec tenus. Atque ista ut dixi non longo
tempore post hoc modo gesta fuerunt.

De Agapio martyre.

CAP. XVI.

Quarto anno persecutionis in nos graffantis, ad duo
decimum Cal. Decembris, hoc est, vigesimo die me-
sis qui Dius vocatur, die veneris, in eadem urbe Cæ-
sarea, tale facinus, dignum reuera, quod literarum monu-
mentis commendetur, ipso tyranno Maximino præsen-
te (qui eodem die qui natalis suus dies erat, spectacula po-
pulo magno cum apparatu ac sumptu edebat) patratum
fuit. Et quum consuetudo inueterarat, ut varia spectacu-
la, si etiam unquam alias, præsentibus ipsis imperatori-
bus, summa cum magnificentia ac splendore, propone-
rentur spectatoribus, ad eorum animos oblectandos, ea-
que nouis ac peregrinis formis præter communem & vi-
tatum morem variarentur, sic ut interdum animalia ex
India, aut Aethiopia, aut aliunde acta in amphitheatum
introducerentur, interdum viri Mimicis corporis gesti-
bus permira animorum oblectamenta spectantibus osté-
derent, ob eam causam cum iam imperator ipse ludos fa-
ceret, exiinium quoddam spectaculum, & quod multum
baberet admirationis, in magnifico eorum apparatu om-
nino elucere oportebat. Quodnam igitur erat istud qui-
dem? Martyr & testis nostræ in Christo religionis addu-
citur in medium, strenue pro sola & vera pietate decerta-
turus, Agapius nomine: quem vna cum Thecla sociatum
bestiisque traditum ad deuorandum paulo ante demon-
strauiimus. Iste alias è custodia eductus, simulque cum ma-

Z leuciis